



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs CX. Dixit Dominus Domino meo, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Excutor, sicut pulsa locusta fugit.
Nutant agra fame genua, attenuataq; prorsus
M̄bra nihil succi, dum caro marcat, habent.
Interea sum ludibrium, probrisq; onerat me
Turbam mouens risus, docta agitare caput.
Ergo tua bonitate, Deus, mihi adesto, & opem fer,
Vt dextra agnoscant hoc opus esse tue.
Cum maledicendo pergunt, bene perge precari,
Cum mihi se opponunt, occupet ora rubor.
At tuus exultet seruus, latusq; triumphet,
Ettua per cunctas prædicet acta plagas.
Ceu veste opprobriis ignominiâq; tegatur
Impius hostis, habens quod gemat atq; fleat.
Interea Domino soluam corde oreq; grates,
In cœtu laudes & celebrabo Dei.
Qui dextra assistens insontum iuratiuetur,
Ne pœnas unquam, quas meruere, luant.

P S A L M V S C X.

Dixit Dominus Domino meo, &c.
VErba meo Domino, Dominus quæ dixit, ea
hac sunt:
Nate, meam sedeas ad dextram: dum tibi collum
Hostis

*Hostis calcandum pedibus ceu subdo scabellum.
Sceptra tui regni Deus est ex arce Sionis
Missurus populis, per totum habitantibus orbem.
Tu medios hostes inter dominare potenter.
Sicq; triumphanti pia gens tibi sponte litabit,
Atq; diem latum celebrabit clara per orbem,
Tot natos gignes, gutta quo rore liquefcunt.
Quem iuramenti non pænitet, ipse Iehoua
Iuravit dicens: Ad ritum Melchisedeci
Summus & aternus peccantibus esto sacerdos.
A dextra Dominus tibi stans, acerrimus vltor,
Te iuuat in Regum frangendis viribus, ipsi
Atq; tibi obstantum, quos illius ira domabit,
Iudicium exercens, populi ut pia iura sequantur,
Vtq; cadas eribus sint omnia plena ruentum.
Tunc inimicorum, victo cum principe mundi.
Ante tamen patiens babit ex torrente laborum,
Quam via sternatur referenti pulcra trophæa,
Hinc caput extolleth victor super astral euatus.*

PSALMVS CXI.

Confitebor tibi Domine, in toto &c.

Ff Laudia